



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Prædictio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Christi
1568

Pij V.Pap.
3.

Ætatis.
53.54

219

rerant, cognouimus, suntq; ij à quibus accepimus, oculati testes, digni prorsus, quib^o credatur in omnibus.

Iesu Christi anno
1569

Pij V.Pap. anno
4

Ætatis anno
54.55

Prædictio.

Anno Domini millesimo quingeniesimo sexagesimo nono, Constantius Tassonius Mediolanum Romam à Pio Quinto honoris gratia euocatus, recta ad ædes S. Hieronymi, Philippi salutandi, vifendiq; causa venit: id vbi ille audit, iubet illico duobus è suis tum adolescentulis, atque cæteris minoribus natu, nempe Octauio Parauicino, quem longo post tempore Gregorius Decimus quartus anno huius seculi nonagesimo primo, ob singulares viri virtutes, Cardinalem creavit, & Germanico Fideli, ut in limine ostij quæ Constantio eundum erat, cadauerum instar sese proster-

*Eam rem
sacramen-
to firmasset
Frāc. Ma-
ria Card.
Taurusius
Eandemq;
P. Germa-
nicus Fi-
delis.*

nerent,

nerent, prostrati que tandiu iace-
rent, dum ille progrederetur: at qui
quorsum hæc à Philippo fierent, ne-
mo fuit, qui perciperet; verum e-
uentus deinde sequutus rem pate-
fecit; Constantius etenim paucis
post elapsis diebus, et si optimè tum
valebat, morbo graui, & mortifero
derepentè affectus, decessit.

Moribundum morte eximit.

*Totam rē
is ipse Lau-
rentius a-
liisque ocul-
atī testes
publico te-
stimonio
confirma-
runt.*

Eodem tempore Laurentius Christianus (clericus is erat Ba-
silicæ Vaticanæ) cum ætatis annum
vigesimum, aut eo amplius ageret,
incidit in morbum, eoque inuale-
scente desperantibus medicis, mor-
tem in horam, solemnibus confes-
sionis, Eucharistiæ, oleique sancti
præsidiis communitus expectabat:
cumque sensibus omnibus destitu-
tus detineretur lectulo, à Philippo
sub primam horam noctis inuisitur,
qui mox de statu ægri astantes rogi-

tat,